Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Dominus illumi
nacio mea : et salus
mea quam time
bo. Dominus
protector uite
mee : a quo tre
pidabo. Dum
appropiant super
me nocentes : ut edant carnes mea
as. Qui tribulant me inimici
mei : ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra :
non timebit cor meum. Si erigat
aduersum me pelum : in hoc ego
sperabo. Unam petii a domino
hanc requiram. ut inhitem in do
mo domini : omnibus diebus uite mee.
Vt uideam uoluntatem domini :
et uisitem templum eius. Quoniam
abscondit me in tabernaculo suo : in
die malorum protexit me in abscondi
to tabernaculi sui. Et petra exalta
uit me et nunc exaltauit caput me
um super inimicos meos. Circui
iui et immolaui in tabernaculo eius
hostiam uociferationis cantabo :
et psalmum dicam domino. Exaudi :
domine uocem meam qua clama
ui ad te : miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exquisiuit
te facies mea : faciem tuam domine
requiram. Ne auertas faciem tuam
a me : ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne dimittas
me : neque despicias me deus salutaris
meus. Quoniam pater meus et
mater mea dereliquerunt me : dominus
autem assumpsit me. Legem
pone mihi domine in uia tua : et
dirige me in semita recta. propter in
imicos meos. Ne tradideris me

domine in animas tribulantium me.
quoniam insurrexerunt in me testes iniqui :
et mentita est iniquitas sibi. Credo
uidere bona domini : in terra uiuen
tium. Expecta dominum uiriliter age :
et confortetur cor tuum et sustine dominum.

Ad te domine clamabo deus meus
ne sileas a me. nequando tacueris
a me. et assimilabor descendentibus
in lacum. Exaudi uocem deprecationis mee : dum oro ad te dum
extollo manus meas ad templum
sanctum tuum. Ne simul tradas
me cum peccatoribus : et cum operantibus
iniquitatem ne perdas me. Qui
loquuntur pacem cum proximo suo :
mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eorum : et se
cundum nequiciam adinuenta
omnium ipsorum. Secundum opera manuum
eorum tribue illis : redde retribu
cionem eorum ipsis. Quoniam
non intellexerunt opera domini : et opera
manuum eius destruet eos et non edi
ficabis eos. Benedictus dominus : quo
niam exaudiuit dominus uocem deprecationis mee. Dominus adiutor
meus et protector meus : et ipso sperauit
cor meum et adiutus sum. Et
refloruit caro mea : et ex uoluntate
mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis sue : et protector salutarium
christi sui est. Saluum fac
populum tuum domine et benedic hereditati tue. et rege eos et extolle il
los usque in eternum. Gloria patri.
Dominus defensor uite mee. A. Adorate.

Afferte domino filii dei : afferte
domino filios arietum. Afferte
domino gloriam et honorem. afferte domino
gloriam nominis eius : adorate do